



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 3. An licitum est Cambium ad terminum solutionis, seu, ut aiunt, ad  
nundinas? Sic fit Campsor vel mercator dat hic pecuniam eâ lege, ut illam  
cum lucro recipiat Francofurti, vel alibi ad proximas ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**

labor, & periculum in gratiam alterius suscepta, sunt pretio æstimabilia.

Nec obstat, quòd interdum campfor id faciat sine labore & incommodo, imò cum suo commodo: nam hoc est per accidens, & provenit ex ejus cura, industria, & officio, pro quo sustinendo multæ aliunde impensæ, & operæ præstandæ sunt; cum reipsâ suscipiat obligationem ex se laboriosam, & periculosam.

*Q. 3. An licitum est Cambium ad terminum solutionis, seu, ut ajunt, ad nundinas? Sic fit, Campfor vel mercator dat hic pecuniam ea lege, ut illam cum lucro recipiat Francofurti, vel alibi ad proximas nundinas: ita ut plus vel minus exigatur pro cambio, quo magis vel minus remote sunt nundine.*

*Resp.* Secluso alio titulo justo excusante ab usura, cambium hoc est usurarium: nam est verum mutuum, ratione cujus lucrum exigitur: nihil enim aliud est quàm contractus, quo traditur pecunia ut reddatur cum lucro intra terminum. Seu in quo exigitur aliquid ob dilatam solutionem.

CA